

terentur. Cum vero Clerici adversus sanctum Dunstanum reclamarent, expulsi ipsi, & subrogatis loco ipsorum monachis, Calne Synodus constituitur, ubi cum in concilio, abente rege propter imbecillam ætatem, confidentibus totius regni Senatoribus magno conflictu hinc inde allegantium res ageretur, & Dunstanum quasi Ecclesiarum multorum sacula conviciorum impeterent, nec vincerent: solarium subdito- rum, quo confidebant, cum aribus dissolvitur, & trabibus, omnibusque interim truculenter elisis, solus Dunstanus stans super unam, qua superfluerat, trabem, absque lesione evasit. Cæterum omnes partis adversæ, vel exanimati sunt, vel langore perpetuo sunt detenti. Hoc miraculum contulit pacem B. Dunstano, & Monachis ab impetu Clericorum, & aliorum, gratia hæc, & similia operante divina. *Avostitus in Catechism. historiali.*

Eadem tempestate præsidebat UVentanz Ecclesie Ethevoldus vir eximia sanctitatis, & educatione patris Dunstani non parum insignis. Hic cogita de Canonicis Ecclesie sue, quod nimium saculares exercebant, voluntate Dunstani, movit eos semel, & sæpius mores, & actus mutare, correctioris vite fecit, relicti feminis arripere. At in presentiarum quidam id sibi possibile esse negantes, voce corvina semper in crastinum correctionem sui pollicebantur. Quod ipse gnarus non diu fulsit. Paratis namque quamplurimis monachorum cucullis, die quo communico, *Servite Domino in timore*: cantabatur, chorum intravit, vestes, quas paraverat, secum deferens. Et projectis illis in medium, Canonicis ait: Animadvertitis quid modo cantaveritis? Animadvertimus inquit. *Igitur, inquit, si servite Domino in timore, & ei vultis exultare cum tremore: apprehendite disciplinam, vestem scilicet monachalem, ne pereatis (sicut cantastis) de via justa.* Ad quod illi obstupesci more solito inducias petunt: id se facturos in futuro promittunt. Tunc ille, Mihi credite, amplius non credam huic vestre responsioni corvine; sed aut disciplinam in presentia apprehendetis; aut loci istius beneficiis, & conversionis hinc eliminati jamjam cedetis: Itaque nonnulli ex illis statim, abjecto clericali habitu, monachi facti sunt, cæteris vero Pontificis de Ecclesia eliminatis. Cæterum quia isti, qui movit fieri conversi, regularis discipline normam fide aliorum magisterio docere servare nequibant: monachi de Abendonia illuc ab eodem Pontifice adducti sunt, qui monasticæ institutionis tramitem ibi docerent. *Idem ibid.*

MIRACULA CLERICALIS CONTINENTIE.

Putat probatio per ignem.

Anno Dom. Incarn. 530. Toleti sub Amalrico Rege Concilium celebratum est, cui præfuit Montanus, qui, ut loquitur D. Isidorus post Celsum fuit Toletanz sedis metropolitanus Episcopus, vita, & eruditione clarus. Is antiquissima, fidelique relatione narratur, ad propulsandam conjugalis conversationis infamiam, candentes prunas tamdiu tenuisse veste, dum factum perageret, eoque petrao, nec prunæ ignem, nec vestis inventa est amississe decorem. *Joan. Vas. in Chron. Hisp. ad ann. 530.*

Confimile huic scribit Leontius Cyrorum Episcopus in vita S. Joannis Eleemosynarii, non longè à calce ejus vite: Porthyria enim prius fornicaria, cum ab Abbate conversa, & quasi in quodam falsis stylo cohabitaret. incidit in suspitionem temerarie plebi, quasi ab Abbate filium genuisset, quem D. nec ipse genuerat, sed abjectum collegerat. Coram igitur centum, & eo amplius testibus, is Abbas in suæ, ac mulieris castitatis testimonium adferri prunas jussit, evolvit autem eas in proprium vestimentum, quod nulla prorsus parte ambustum est, omnibus id admirantibus. *Leont. in vita S. Joan. Eleemosynarii.*

Accedit insigne aliud exemplum apud Gregorium Turonensem in hæc verba: Simplicius perpetuum cum uxore casu situm servavit electus autem in Episcopum, domi virginem adhuc uxorem fovibat, uti foretorem. Die igitur Natalis Domini, commotis civibus adversus virginem, per inanem suspitionem, sic ad illam locuti sunt: Incredibile est, mulierem vivo junctam polli non posse, sed nec vir poterit artubus mulieris junctus à cotu abstinere. His commota virgo sanctissima adit Pontificem simili castitate pollentem, arguamque tunc, ut fieri solet pro rigore hyemis. carbonibus plenam penes se habens, acota famula, expansaque pallio, prunas ardentes suscipit, & fere horæ unius spatio tenens,

sacerdoti postea sic ait: Accipe, & remittentem solito ignem nequaquam tuis velaminibus nociturum: suscipiente vero Pontifice nihil offensum est velamentum ejus igne. Credidit tunc incredula gens, atque supra mille furo Baptismate sunt initiati. *Greg. Turon. de gloria confess. c. 76.*

Consule Titulum de Clericis, S. Cobabitio Clericorum cum mulieribus. *Ubi adferuntur, que periculosam, & noxiam san docent. Et consequenter, quam incontinentiam eorumdem sit exitiosa, ut que religionis decus auferat, & hereses omnes in Ecclesiam invexit, ac hodie etiam innumera damna parit, & scandala adducit.*

SCRIPTORES.

Scripti de Clericorum cælibatu Card. Bellarm. tom. 2. controver. Joan. Peron. tom. 2. Clericorum, Joannes Eckius I. Latomus contra Bucerum, & alii.

Cæremonia.

DEFINITIO, ETIMOLOGIA. GENERA.

Cæremonia in generali sunt opera quædam externa, quæ ad rem quampiam adhibentur, sive à natura, sive à lege, sive ex instituto introducta. Proprie tamen non intelliguntur, nisi quæ concernunt negotium Religionis, & ad Deum pertinent, secundum D. Thomam 2. 2. q. 99. ar. 3. Erantque apud Gentiles, quibus ritus factorum, & Cære oppidota dicta, ut placet Valerio, tanquam iisdem inventæ. Nos tamen eas partim à natura, partim ex laudabili Ecclesie consuetudine, vel instituto emanatas asserimus, & tanquam adimnicula cultus, & devotionis adhibemus. De Gentium cæremoniis consulari tit. de religione, & Superstitione.

FRUCTUS VARI.

Cæremoniarum sacrarum varii fructus sunt, eosque enumerat Laurentius Beyerlinck Archiepiscopus Antuerpiensis, in suo prompatorio Fætorum, parte bymali, in festo Purific. B. Virginis, text. loco tertio Summatim verò sunt isti.

1. Quod licet in cæremoniis nulla constituitur perfectio, tamen ad eam velut manuducunt, eamque conservant, dum animum excitant ad rerum divinarum contemplationem, & devotionem. Quod enim sal carnibus, cortex arboribus, glandio vagina, folia arboribus, seps hortis, id Religioni sunt cæremonia, unde absque his nullam Religionem subsistere diu posse asseruit B. Aug. 1. 19. contra Vasil. Manicheum.
2. Cæremonia ruidibus, & imperitis servant loco imaginis, & sunt velut viva picture.
3. Sunt symbola militie Christianæ, quibus feceruntur ab aliis factis. Cujus rei typus fuit sanguis Agni illius postibus Hebræorum; & funiculus coccineus suspensus in fenestra Raab meretricis.
4. Excitant amorem erga Deum, & venerationem: dum mentem curis secularibus enervatam sursum elevant, & ad sancta sancte tractandum velut manuducunt.

JUDÆORUM CÆREMONIE.

Tota de immolatione Agni Paschalis præcepto fuit cæremonialis: ut & de sacrificiorum altarum, & tabernaculi ritu, ac aliis propè infinitis, ut per Bibliorum sacrarum libros decurrunt constat. Atque in hunc finem cæremonialia præcepta in certas classes distinctissimas, & præsertim titulo subjevni, ex commentario Cornelii à Lapide, Theologi celeberrimi ex Societate Jesu, in Pentateuchum.

Advertat Lector, Judæos non servare omnia cæremonialia, quæ in subjectas classes referuntur. Non enim servant ea, quæ in templo sunt iusta fieri, vel ad templum ordinem dicunt, ut sunt oblationes, sacrificia, decime, annus Jubileus, immolatio primogenitorum: quia carent templo, quod non nisi Hierosolymis iterum construdum est. Illa tamen, quæ non sunt iusta fieri in templo, adhuc hodie servant, ut sunt circumcisio, usus azyrmorum, presque locis consuetio Agni Paschalis, Jესunia, Sabbatha, idque quoad quietem, non quantum ad sacrificia, quæ lege fieri præcipiebantur in festis.

Advertendum secundò, cæremonias veteris legis fuisse quidem umbratiles, & representationes, tamen non fuisse superstitiosas, per idololatrias diabolo suggerente excogitatas, & ad Deo tantum permittas: sed bonas, religiosas, & ad Deum cultum promovendum institutas, cum etiam Deum autorem haberent, quamvis postmodum idololatriæ ritum fuerint

fuerint abusi, & easdem sint imitati: quomodo dicitur 1. Mach. 3. Expanderunt libri Legis, de quibus servabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum. Unde infirma est collectio Reformatorum adversus Catholicos: Ob id eos censeri debere superstitiosos, quod utantur more Judæorum, & Gentilium Cæremoniis. Nisi etiam eodem robore colligamus, non esse faciendâ templâ, jejunandum, orandum in templo, benedicendo cibos, &c. quod utique illi idem faciunt. Quin, & Reformati ipsi, Simiarum instar, Catholicos in multis æmulantur, quemadmodum olim fidelium cæremonias, Ethnici. Immo, qui inter illos prudentiores haberi volunt, dicere solent hoc solo eorum Religionem interitum, & in varias sectas profcindi, quod fit tam inops cæremoniarum. Ut sine quibus, teste ipso Calvino, Religionis professio non subsistit, quibus etiam carere homines non possunt. lib. 4. Instit. cap. 14. 19. Falsum tamen est, quod alio loco dicit, cæremonias Papatus umbratiles esse, & representationes. Cum potius sint præsentium honorum, quæ nobis conferuntur, instrumenta, & signa efficacia.

SYNOPSIS PRÆCEPTORUM CÆREMONIALIUM, ET MIXTORUM,

Quæ veteri populo tradita, & Pentateucho Moysi continentur. Ac in suas classes distributorum studio Cornelii à Lapide Societ. Jesu Theologi.

1. De loco victimarum, & sanctuarii.
2. De vasî Sancti factorum.
3. De vasî Sancti.
4. De vasî atrii.
5. De tabernaculo, & atrio.
6. De vestibus sacerdotum, & Pontificis.
7. De consecratione eorum, & Levitarum.
8. De eorum dotibus, & munis.
9. De eorumdem urbibus, & proventibus.
10. De sacrificiis.
11. De primogenitiis, primitiis, & decimis.
12. De censu, & oblationibus.
13. De Nazaris, & votis.
14. De puerpera.
15. De lepra, & leprosis.
16. De his, qui fluunt semine, aut sanguine.
17. De eunucho, & manzere.
18. De aqua lustrationis.
19. De munditie calcarum.
20. De simplicitate.
21. De habita, & vestitu.
22. De cibis mundis, & immundis.
23. De festis.
24. De homicidiis.

I. Cæremonia de loco victimarum, & sanctuarii. Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco, sed in eo, quem elegerit Dominus, ubi offeres holocausta, victimas, decimas, primitias, vota donaria, & primitiva; ex iis que comedes ibi in conspectu Domini, & lateris. Deut. 12. 6. 7. 13. 14.

2. Quod si longior sit via, & locus, vendas ea, & proficiscens ad locum, ex pretio omnes quicquid tibi placuerit, sive ex armentis, sive ex ovibus, vinum quoque, & ficeram, & comes coram Domino, tu, & domus tua, & Levita, qui intra portas tuas est. Deut. 14. 24.

3. Quin & si ad eum tantum mactes bovem, ovem, aut capram, id facies apud templum, dummodo non procul ab eo habites, ut ibi adipem Deo adolere, & sanguinem illi effundere, & libare possis. Deut. 12. 20.

4. Ter in anno ascendes ad templum, scilicet in paschate, in pentecoste, & in festo Tabernaculorum: nec apparebis in conspectu meo vacuum. Deut. 16. 16.

5. Proclamavit Levita maledictiones versis montem Hebal, in violantes legem Dei; & benedictiones versas Garizim, in observantes legem Dei, juxta ritum explicatum, Deut. 27.

II. Cæremonia de vasî Sancti factorum, scilicet de arca, propitiaria, & Cherubim.

1. Arcam de lignis setim compingite, & deaurate, cujus longitudo habeat duos cubitos, & semis, latitudo cubitum, & dimidium, altitudo cubitum, & dimidium, habeatque quatuor circulos aureos, quibus inferantur duo vinctes, ut portetur in eis, poneque in arca tabulas legis. Exodi 25. 10.

2. Facies, & propitiatorium de auro mundissimo, quo fit operculum arce. Ibid. v. 17.

3. Duos quoque Cherubim aureos facies, qui utrumque latus propitiatorii tegan, expandentes alas, & respiciant se mutuo: indeliquat ad te. Ibid. v. 18.

III. Cæremonia de vasî Sancti, scilicet de mensa, candelabro, & altari thymiamatis.

1. Facies mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum, ac femissem: eamque inaurabis, & pones super eam panes propositionis in conspectu meo semper. Facies & annulos, & vinctes, quibus portetur. Exod. 25. 23. De panibus hæc vide dicta Levit. 24. 5.

2. Facies & candelabrum ductile ex talento auri, quod habeat septem calamos, qui singuli habeant tres ordines scyphorum, sphaularum, & liliorum. Impones eis lucernas septem cum oleo, ut luceant ex adverso. Ibid. v. 31.

3. Lucernas has disponet, & accendet sacerdos vespere, ut luceant usque mane. Exod. 27. 21.

4. Facies altare ad adolendum thymiana de lignis setim, & habens cubitum longitudinis, & cubitum latitudinis, & duos cubitos altitudinis: vesties illud auro. Facies & annulos, & vinctes, quibus portetur, pones illud ante velum, quod est ante arcam. Exod. 30. 1.

5. Adolebit sacerdos super illud thymiana manè, & vespere. Ibid. v. 7.

Thymiana compones ex stacte, onyche, galbano, & thure lucidissimo. Ibid. v. 34.

IV. Cæremonia de vasî atrii, scilicet de altari holocaustorum, & labro auro.

1. Facies altare de lignis setim, quod habeat quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres in altitudine, cavum erit, craticulam illi facies ancum, item vinctes, denique lebetes, forpices, fuscinalas, & ignium receptacula. Exod. 27. 1.

2. Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiciens ligna. Levit. 6. 12.

3. Altare de terra, aut lapide infecto facies mihi, & offeres super eos victimas. Exod. 20. 24.

4. Non ascendes per gradus ad altare meum. Ibid. v. 26.

5. Non plantabis lucum apud altare. Deut. 16. 21.

6. Facies labrum ancum, ut missa aqua lavent in ea facientes manus suas, & pedes, quando accesserit fuit ad altare. Exod. 30. 18.

V. Cæremonia de ipso tabernaculo, & atrio.

1. Facies tabernaculum, id est Sanctum tabernaculum, & sanctum: & ante sanctum atrium.

2. In Sancto sanctorum pones arcam cum propitiatorio, & Cherubim: item unam cum manna. Exod. 16. 34. & vitæ gam Aaron, quæ floruit. Num. 17. 10.

3. In Sancto pones mensam in parte australi, & candelabrum in meridionali, & in medio altare thymiamatis. Exod. 40. 20. & sequent.

4. Denique in atrio pones altare holocaustorum, & labrum ancum. Ibid. v. 29. & 39.

5. Tabernaculum compinget ex viginti tabulis, utrumque in longum porrectis, & à tergo in latum decem tabulis: anteriori verò velo tegitur, & à tergo in latum decem tabulis: anteriori erit 30. cubitorum, latitudo decem, altitudo decem: ita ut Sanctum sanctorum habeat decem cubitos, tam longitudinis, quam latitudinis, & altitudinis. Sanctum verò habeat reliquos 20. cubitos longitudinis, latitudinis verò, & altitudinis decem, velum polytimum dividat sanctum à Sancto sanctorum.

6. Tabule singulæ habeant binas bases argenteas, quibus in terra subsistant: habeant & vinctes quinque utrumque, quibus invicem astringantur.

7. Tabule hæc pro tecto habeant quatuor tegumenta, scilicet 1. decem cortinarum polytitarum. 2. Undecim sagorum ciliciorum. 3. Pelles arietum rubricatas. 4. Pelles janthinas. Exod. 26.

8. Atrium sit ante sanctum sub dio, quod undique cingatur columnis, & velis: in cæcis anteriori parte sacerdotes sacrificent, in posteriori sit populus orans, & spectans sacrificia. Exod. 27. 10.

VI. Cæremonia de vestibus sacerdotum, & Pontificis.

- 1. Facies Pontificis sex vestes, 1. Ephod. 2. Rationale cum 12. gemmis, in quibus insculpes 12. nomina filiorum Israel, item *urim*, & *thummim*, id est doctrina, & veritas. 3. Tunicam hyacinthinam cum zona polymita, ex qua inferne dependebunt tintinnabula, & mala punica. 4. Tiarum cum lamina aurea, cui inscribitur *Sanctum Domino*. 5. Tunicam lineam cum baltheo. 6. Femoralia lineæ.
- 2. Sacerdotibus vero facies 1. femoralia lineæ. 2. Tunicam lineam cum baltheo. 3. Ciadrim, sive tiamam. *Exod. 28.*

VII. Cæremonia de consecratione Pontificis, sacerdotum, & Levitarum.

- 1. Facies unguentum ex fæste, cinnamomo, calamo, casta, & oleo, coque unges, & consecrabis tabernaculum, arcam, mensam, candelabrum, labrum, altare, omniaque vasa eorum, Aaronem quoque cum filiis. *Exod. 30. 23.*
- 2. Consecra, dicitur Moyses, Aaronem, & filios eius sacerdotes, hoc ritu. 1. Lava eos. 2. Indue eos vestibus sacerdotibus. 3. Offer vitulum pro peccato, & duos arietes, unum in holocaustum, alterum in hostiam pacificam, cum panibus azymis. 4. Per dies septem quotidie unge tam ipsos, quam altare. Denique, die octavo Aaron suas quasi primitias celebret, omnique generis victimas immolet. *Exod. 29. Levit. 8. & 9.* tumque 12. principes 12. tributum sua dona offerant tabernaculo recens erecto, scilicet. 1. Simul sex plausura. 2. Scorum singuli vicillim suas victimas, & vasa ad usum tabernaculi. *Num. 7.*
- 3. Levitatis hoc ritu consecra. 1. Tu, dicitur Moyses, asperge eos aqua lustrationis. 2. Radant ipsi pilos omnes carnis suæ. 3. Lavent vestes suas. 4. Offerant unum bovem pro peccato, alterum in holocaustum. 5. Siste eos Domino. 6. Filii Israel imponant eis manus suas. 7. Aaron offerat eos Domino, eorumque boves immolans, pro eis oret. *Num. 8. 6.*

VIII. Cæremonia de eorum dotibus, & munis.

- 1. Levitæ servient in tabernaculo à 25. anno usque ad 50. *Ibid. v. 25.*
- 2. Levitæ custodiant, & portent omnia vasa tabernaculi. *Num. 36.* scilicet Caathitæ portent arcam, mensam, candelabrum, & altare: Gersonitæ cortinas, & vela: Metaritæ tabulas vestes, columnas, & bases. *Num. 4.*
- 3. Sacerdotes careant maculis, id est vitii corporis, puta non sint cæci, non claudi, non parvo grandi, vel torto naso, non fracto pede, vel manu, non gibbosi, non lippi, non habeant albuginem in oculo, non jugem scabiem, vel impetiginem, non sint heriosii. *Levit. 21. 17.*
- 4. Sacerdotes abstinent feneribus, & plantu.
- 5. Pontifex nec matrem, nec patrem plangat. *Ibid. v. 2.*
- 6. Pontifex uxorem non ducat, nisi virginem, & nobilem. *Ibid. v. 13.*
- 7. Sacerdotes cum ingredientur tabernaculum, vinum, & ficeram non bibant, ne moriantur, ut discernant inter sanctum, & profanum, utque doceant filios Israel præcepta sua. *Levit. 16. 9.*
- 8. Quicumque id stirpe Aaron fuerit leprosus, feminifusus, aut immundus, non comedet ex iis, quæ Deo sanctificata sunt. *Levit. 22. 4.*
- 9. Sacerdotum munus est, 1. sacrificare in atrio. 2. Quotidie vespere accendere lucernas candelabri in sancto. 3. Singulis diebus sabbathinis ponere novos panes propositionis in mensa. 4. Quotidie manè, & vespere adolere thymiam. 5. Benedicere populo.
- 10. Proprium Pontifici est, semel in anno, in die expiationis, expiare totum populum, ipsumque tabernaculum lustrando Sanctum factorum. *Levit. 16.*
- 11. Hac forma sacerdotibus benedicant populo: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, ostendat tibi faciem suam, & miseratur tui, convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. *Num. 6. 24.*

IX. Cæremonia de eorumdem urbibus, & proventibus.

- 1. In terra Israel partem non habeant sacerdotes, & Levitæ. *Num. 18. 20.*
- 2. Dabitur Levitis urbes ad habitandum, & suburbana ad

mille cubitos in circuitu, pro alendis eorum pecoribus. *Num. 35.*

- 3. Sacerdotes habeant, 1. omnia primogenita, 2. omnes oblationes, 3. omnes victimas, puta ex holocausto pellem, & ex pacifica pectusculum, & armum dextrum, ex hostia pro peccato totam carnem, & ex mincha totum: excepto pugillo, qui crematur Domino. *Levit. 6. & 7. & Num. 18.*
- 4. Levitæ habeant omnes decimas, ex iisque rursum decimas dent sacerdotibus, easque meliores, & lectiores. *Num. 18. 26.*
- 5. Si Levites desiderans servire Domino, ex urbe sua venerit ad templum, ut ibi ei ministret, partem ciborum accipiet eandem, quam & cæteri, qui ministrant: insuper, & partem decimarum, quæ ei in sua urbe ex lege debetur, nanciscetur. *Deut. 18. 6.*

X. Cæremonia de sacrificiis, scilicet de holocausto, mincha, hostia pacifica, & vitiis pro peccato.

- 1. Victima holocausti sit mascula, & integra, totaque Deo comburatur, excepta pelle, quæ cedit sacerdoti sacrificanti. *Levit. 7. 8. & Levit. 1.*
- 2. Victima hæc fit vel ex bobus, vel ex ovibus, & capris, vel ex turturibus, & columbis. *Levit. 1.*
- 3. Quotidie offeres holocaustum juce, puta agnum manè, & agnum vespere, qui tota nocte in altari cremetur, cum decima parte ephi similia, quæ conspersa sit oleo quartæ partis hin: & simul libabis vini quartam partem hin, tam manè, quam vespere. *Num. 28. 3.*
- 4. Mincha, id est sacrificium farreum, offeratur, vel ex similia, vel ex spicis, vel ex panibus coctis, sive cibano, sive farragine, sive craticula. *Levit. 2.*
- 5. Mincha sale condidatur, eique infundatur oleum, & imponatur thus.
- 6. Mincha sit infermentata, & careat melle. *Ibid.*
- 7. Pugillus ex mincha cremetur Deo: reliquum cedat sacerdoti. *Ibid.*
- 8. Hostia pacifica sit bos, ovis, aut capra: ex ea, 1. sanguis, adeps cum renibus, & cauda fit ovis, adoleatur Deo. 2. Pectus, & armus dexter cedat sacerdoti sacrificanti. 3. Caro reliqua cedat laico offerenti. *Levit. 3.*
- 9. Immundus non comedet ex ea. *Levit. 7. 20.* sed soli mundi, tam mares, quam femina: idque primo die, si fit hostia gratiarum actionis; vel etiam secundo die, si fit hostia votiva, vel spontanea: si quid superfit tertio die, igne comburentur. *Levit. 7. 15.*
- 10. Hostia pro peccato, per ignorantiam commissa à Pontifice, vel populo, sit hircus: à plebejo, sit capra, vel ovis. *Levit. 4.* Ex hac sanguis, adeps, tenes, & cauda cremantur Deo, reliquam carnem comedent sacerdotes cum filiis masculis. *Levit. 7. 3. & Levit. 6. 18.*
- 11. Qui calumniam, aut injuriam fecit proximo, offerat atietem pro peccato. *Levit. 6. 6.*
- 12. Victima quælibet sit sine macula, id est sit integra, puta non sit cæca, fracta, scabiola, &c. *Levit. 22. 22.*
- 13. Victima carniū habeat sua libamina: puta similam, oleum, vinum, sal, & thus, ea mensura, quæ præscribitur. *Num. 15. 4.*
- 14. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendarum, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis. *Num. 10. 10.*

XI. Cæremonia de primogenitis, & decimis.

- 1. Sanctifica mihi omne primogenitum masculum, tam hæc de hominibus, quam de jumentis: mea sunt enim omnia. *Exod. 13. v. & 12.*
- 2. Primogenitum asini mutabis ove: quod si non redemeris, interficies. *Ibid.*
- 3. Primogenitum hominis pretio redimes, puta quinque siclis. *Num. 18. 16.*
- 4. Primogenitum animalis septem diebus sit cum matre sua: die octava reddes illud mihi. *Exod. 22. 30.*
- 5. Primogenita nemo poterit vorare: Domini enim sunt. *Levit. 27. 26.*
- 6. Primogenitum immundum redimatur. *Levit. 27. 27.*
- 7. Non operaberis in primogenito bovis, & non tondebis primogenita ovium. *Deut. 15. 19.*
- 8. In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos, in loco, quem elegerit Dominus, tu (dicitur sacerdos) & domus tua. *Ibid. v. 20.*

g. Primi

XIV. Cæremonia purificationis puerperæ.

- 1. Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus. *Levit. 12.*
- 2. Octavo die circumcidetur infantulus. *Ibid.*
- 3. Ipsa manebit 33. diebus in sanguine purificationis suæ. *Ibidem.*
- 4. Sin feminam pepererit, immunda erit 14. diebus, & 66. diebus manebit in sanguine purificationis suæ. *Ibidem.*
- 5. Cumque expleti fuerint dies purificationis, offeret agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, sive turturum pro peccato: si pauper sit, offeret duos turtures tantum, vel duos pullos columbarum. *Ibidem.*

XV. Cæremonia de lepra, & leprosis.

- 1. *Levit. 13.* septem statuuntur species lepræ: prima est lepra alba, & lucens, *vers. 2.* Secunda est, lepra recurrens, *vers. 7.* Tertia est, lepra inoluta. *vers. 10.* Quarta lepra mundissima, *vers. 13.* Quinta est, lepra capitis, & barbe, *vers. 19.* Sexta est, lepra in calvitio, *vers. 42.* Septima est, lepra vestis, *vers. 47.* & domus, *v. 14. v. 15.*
- 2. *Ibidem vers. 44.* quinque mandantur leproso. Ut habeat vestes distatas, 2. Caput nudum, 3. Ostrictum, 4. Clamet se fordidum, 5. Solus habitet extra castra.
- 3. *Levit. 14.* statuitur ritus, quo legaliter expiari debet is, qui à lepra est curatus, scilicet ut primo sacerdos aspergat expandum sanguine passeris, per alium passerem, alligatum baculo cedrimo, cum cocco, & hyssopo; mox passerem vivum avolare sinat, *vers. 5.* Secundo expandum lavet vestes, radat pilos corporis, & lavet seipsum, *v. 8.* Tertio, die octavo offerat agnum pro delicto, & agnum pro peccato, & ovem anniculum in holocaustum, cum tribus decimis similia, & olei sextario, *vers. 16.* Si mundandus sit pauper pro hisce jam dictis, offerat agnum pro delicto, & duos turtures, vel duos pullos columbæ, unum pro peccato, alterum in holocaustum, cum tribus decimis similia, & olei sextario, *vers. 21.* Quarto, sanguine agni tingat sacerdos aurem dextram mundandi, & pollices dextræ manus, & pedis. Quinto, ex oleo aspergat septies caput tabernaculo, reliquum olei fundat super extremum articula dextræ, & super pollices manus, ac pedis dextri, & super caput expandi. *vers. 25. & seq.* Similiter lustranda est vestis, aut domus, cum à lepra fuerit curata, *vers. 49.*

XVI. Cæremonia de seminis suis, concubentibus, menstruatibus, & hæmorrhoidibus.

- 1. Vir, qui patitur fluxum feminis, immundus erit. *Levit. 15. 2.*
- 2. Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & ubicumque sederit. *Ibidem.*
- 3. Si quis hominum tetigerit lectum ejus, lavabit vestimenta sua, &c. *Ibidem vers. 4.*
- 4. Si sanatus fuerit, numerabit septem dies, & lotis vestibus, & toto corpore erit mundus. *Ibidem vers. 13.*
- 5. Die autem octavo offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ, unum pro peccato, alterum in holocaustum. *Ibidem vers. 14.*
- 6. Vir, de quo egressus semen coitus (concubens, cum muliere) lavabit aqua omne corpus suum, & immundus usque ad vespertam. *Ibidem vers. 16.* Idem faciet mulier. *Ibidem vers. 18.*
- 7. Mulier, quæ patitur menstrua, septem diebus separabitur. *Ibidem vers. 19.*
- 8. Hæmorrhoidia immunda erit, omne stratum, in quo dormierit, & omne vas, in quo sederit, pollutum erit. *Ibidem vers. 25.*
- 9. Si ftererit sanguis, numerabit septem dies, & octavo die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ, unum pro peccato, alterum in holocaustum. *Ibidem v. 28. & 29.*

XVII. Cæremonia de eunucho, & manzere, sive spurio.

- 1. Non intrabit eunuchus, attritis, vel amputatis testiculis Ecclesiam Domini. *Deut. 23. 1.*
- 2. Non ingredietur manzere, hoc est de sortito natus, in Ecclesiam Domini, usque ad decimam generationem. *Ibidem vers. 2.*

9. Primitias frugum terræ tuæ deferres in domum Domini.

- 10. Primitias spicarum hordei offeres in paschate, puta die 2. azymorum. *Levit. 23. 10.*
- 11. Primitias panum offeres in pentecoste. *Ibid. v. 17.*
- 12. Primitias frugum omnium offeres in fine anni, easque offerens dices: Profructu hodie coram Domino, quod Deus introduxerit me in terram mellis, & lacte manantem, &c. *Deut. 26. 2. & seq.*
- 13. Cum plantaveris arborem, fructus, quos tribus primis annis illa proferet, abicies, quasi immundos, & incircumcisos: fructus vero quarti anni offeres in fine anni, easque anno vefceris fructibus ejus. *Levit. 29. 25.*
- 14. Decimæ fructuum, & frugum omnium Deo offerentur. *Levit. 27. 30.*
- 15. Decimæ animalium, puta ovis, bovis, & capræ, Deo offerantur. *Levit. 27. 32.*
- 16. Quotannis duplices decimas separabis, primas dandas Levitis, secundas pro itinere, & victimis dandas Deo, cum ter in anno ascendas ad templum: tertio vero anno tertias separabis decimas pro pauperibus. *Deut. 14. 22. & 28.*

XII. Cæremonia de censu solvendo, & de oblationibus.

- 1. Quando tuleris summam filiorum Israel, dabunt singuli pretium pro animabus suis, puta dimidium sicli, idque trades in usus tabernaculi. *Exod. 30. 12. 13. 16.*
- 2. Offerant filii Israel pro fabrica tabernaculi aurum, argentum, & hyacinthum, purpuram, coccum, byssum, pilos caprarum, pelles arietum, ligna fetim, oleum, aromata, lapides onychingæ, & gemmas. *Exod. 25. 3.*
- 3. Non offeres mercedem meretricis, nec pretium canis in domo Domini Dei tui. *Deut. 23. 18.*
- 4. Levitæ decimas meliores, & pinguiores offerant Domino. *Num. 18. 32.*

XIII. Cæremonia Nazæorum, & votorum.

- 1. Vovens votum nazaræ, vinum, ficeram, & quicquid ab uvis exprimitur, non bibet, nec uvas recentes, aut ficcas comedet. 2. Comam non tondebit. 3. Non intrabit ad funus, etiam patris, & matris. 4. Si quis coram eo moriatur, polluetur: unde radet caput die primo, & septimo: octavo vero die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ, unum pro peccato, alterum in holocaustum. 5. Completis diebus voti, offeret agnum anniculum in holocaustum, & ovem anniculum pro peccato, & arietem in hostiam pacificam, cum sua similia, & libamine: tuncque radet caput, & crines comburet Domino. *Num. 6.*
- 2. Homo, qui se devovit Deo, redimat se pretio, quod pro ætate, & sexu taxatur à Deo. *Levit. 27. 2.*
- 3. Animal immolabile, Deo pro votum oblatum, teipsa detur, non mutetur in aliud, nec redimatur. *Ibid. v. 9.*
- 4. Animal, quod immolari non potest, si Deo voveatur, vendatur pretio, quod sacerdos statuet, quod si vovens dare voluerit, addat insuper quintam partem. *Ibid. v. 11.*
- 5. Domus Deo vota, pretio à sacerdote taxando vendatur: quod si vovens eam redimere voluerit, addat pretio taxato quintam ejus partem, *Ibid. v. 14.*
- 6. Hæres vovens agrum hæreditarium, qui triginta modis hordei seritur, redimere cum potest 30. siclis solvendis pro ramudo annorum, qui superfluit usque ad jubileum: quod si eum non redimat, sed ager alteri vendatur, nunquam ipse eum, ne quidem in jubileo, recipere poterit; sed ager absolute, & in perpetuum cedat in jus Dei, & sacerdotem. *Ibid. v. 16.*
- 7. Si vovens agrum non sit hæres, fed emptor agri, hie redimet cum pretio, quod taxabit sacerdos, juxta numerum annorum, qui superfluit usque ad jubileum: nam in jubileo ager ad primum hæredem redire debet. *Ibid. v. 22.*
- 8. Quod pro votum chereem, id est, anathematis Deo consecratum est, non redimatur, sed moriatur, aut naturaliter, si animal sit; aut civilerit, si homo sit, domus, aut ager. *Ibidem vers. 28.*
- 9. Pater filiz, maritus uxoris votum irritare potest, si illi contradicatur statim, id est, primo die, quo illud rescivit; quod si eo die taceat, secundo die contradicere, votumque irritare nequit. *Num. 30.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

C

XVIII.

- 1. Accipe vaccam rufam sine macula, quæ non portaverit jugum : hanc immolet sacerdos extra castra, totamque comburat, cum ligno cedrino, cocco bis tincto, & hyssopo. Colliget autem vir cineres vaccæ, qui in aquam vivam spargentur, isque is, qui immundus est, præterit ex contactu mortui, vel morticini, aspergetur die tertio, & septimo, itaque expiabitur. Num. 16.
- 2. Ista est lex hominis, qui moritur in tabernaculo: omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & omnia vasa, quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus: sic & qui tangunt cadaver, vel ossa, aut sepulchrum hominis mortui, immundi sunt, & expiabuntur aspergione aquæ cineris jam dictæ, die tertio Ibid. v. 24.
- 3. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ. Ibid. v. 20.

XIX. Cæremonia de munditie castrorum.

- 1. Homo nocturno pollutus somnio, egredietur extra castra, & non revertetur, priusquam ad vesperam lavetur aqua. Deut. 23. 10.
- 2. Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ, gens pavillum in baltheo, cumque federis, fodies per circuitum, & egredia humo operies, quo relevatus es, & sint castra tua sancta, & nihil appareat in eis sordiditatis: quia Dominus est in medio castrorum tuorum. Ibid. v. 12.

XX. Cæremonia de simplicitate, & fuga duplicitate.

- 1. Non feres vineam tuam altero femine. Deut. 22. 9.
- 2. Non arabis in bove, & asino. Ibid. v. 10.
- 3. Non indueris vestem ex lana, & lino contexta. Ibid. v. 11.
- 4. Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Levit. 19. 9.

XXI. Cæremonia de habitu, & vestitu.

- 1. Non atrondebitis comam in rotundum, nec radetis barbam. Levit. 19. 27.
- 2. Super mortuo non incidetis carnes, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. Ibid. v. 28.
- 3. Non facietis calvitium super mortuo: quoniam populus sanctus Domino, Deut. 14. 1.
- 4. Vestes vestra habeant tumbrias cum vitis hyacinthinis, quæ vos semper admonent legis Dei. Num. 15. 37.

XXII. Cæremonia de cibis mundis, & immundis.

- 1. Terre stria, quæ unquam dividunt, & ruminant, munda sunt, ut bos, ovis, hædus, cervus, caprea, bubalus, tragelaphus, pygargus, camelopardalus. Deut. 14. 4.
- 2. Quæ verò unquam non dividunt, ut camelus, lepus, cuniculus, cheerogryllus; aut non ruminant, ut porcus, immunda sunt. Levit. 11. 3. & 4.
- 3. Pisces mundi sunt, qui habent pinnullas, & squamas, immundi, qui vel pinnullas, vel squamas carent. Ibid. v. 9.
- 4. Aves immundæ sunt, aquila, gryphus, halæetus, ixius, vultur, milvus, struthio, noctua, larus, accipiter, herodius, cycnus, ibis, mergulus, porphyrio, nycticorax, onocrotalus, D & charadrius. Deut. 14. v. 11.
- 3. Omne quod reptat, & pennulas habet, immundum est. Ibid. v. 19.
- 6. Reptilia omnia immunda sunt: & tangentem contaminant. Levit. 11. 29.
- 7. Locustæ, quia saliant, mundæ sunt. Ibid. v. 21.
- 8. Mustela, mus, crocodilus, mygale, chameleon, stello, lacerta, talpa, immunda sunt. Ibid. v. 29.
- 9. Omnis cibus, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit. Ibid. v. 39.
- 10. Si mortuum fuerit animal, qui cadaver ejus tetigerit, immundus erit usque ad vesperam; & qui comederit ex eo, lavabit vestes suas, & immundus erit usque ad vesperam. Ibid. v. 39.
- 11. Non comedetis animal sponte mortuum, sed peregrino illud vendetis. Deut. 14. 21.
- 12. Carnem, quæ à bestiis fuerit prægustata, non comedetis, sed proicietis canibus. Exodi 22. 31.

- 13. Adipem non comedetis, sed Deo adolebitis, si sit. E
- 14. Sanguinem non comedetis, sed eum effundetis. Ibid.

XXIII. Cæremonia festorum.

- Pascha. 1.** Mensis isre (Nisan, id est, Martius) primus erit in mensibus anni. Decima ejus die tollat sibi quisque agnum, aut hædum, qui integer sit masculus, anniculus, quem immolabit 14. die ad vesperam, afflabit, & comedet, cum lactucis agrestibus, & panibus azymis: septem diebus comedetis azyma. Exodi 12. 1. & seq.
- 2. Os non confringetis ex eo: nullus incircumcisus vescetur ex eo, sed quicumque circumcisus est, esto sit advena, sit servus. Ibid.
- 3. In eadem domo comederetur: non efferes extra domum foras: carne: non relinquet quisquam ex eo usque manè, sed quod reliquum est, igne comburent. Ibid.
- 4. Qui fuerit immundus, aut in via procul, faciat phasem mensis secundo, die 14. ad vesperam. Num. 9. 10.
- 5. In loco, quem elegerit Dominus, ut habet nomen ejus ibi, immolabis phasem. Deut. 16. 6.
- 6. Primo die azymorum, & septimo abstinebitis ab opere. Exodi 12. 16.
- 7. Secundo die azymorum offeres primitias spicarum hordei, & cum eis offeres agnum in holocaustum: nec ante gustabis novum panem, aut polentam. Num. 23. 10.
- 8. In paschate quotidie per septem dies immolabis in holocaustum vitulos duos, arietem unum, agnos septem, & pro peccato hircum unum cum suis libaminibus. Num. 28. 16.
- Pentecoste. 1.** Numerabis a secundo die azymorum 50. dies, & quinquagesima erit Pentecoste: in qua offeretis panes primitiarum duos, offeretisque cum panibus septem agnos, vitulum unum, & arietem unum in holocaustum, hircum alterum pro peccato, & duos agnos in hostiam sacrificiorum. Levit. 23. 15.
- 2. Rursum ratione festi, offeretis vitulos duos, arietem unum, agnos septem in holocaustum, & hircum unum pro peccato. Num. 28. 28.
- Tubarum.** Prima die mensis septimi erit festum clangoris tubarum: opus non facietis in eo. Levit. 23. 24. tuncque immolabis vitulum unum, arietem unum, agnos septem. Numer. 79. 1.
- Expiationis.** Decima die mensis septimi erit festum expiationis: in eo affligetis animas vestras. Levit. 23. 27. in eo offeretis vitulum unum, arietem unum, agnos septem. Num. 28. v. 7. Insuper Pontifex dabit sortes duobus hircis, uter immolaretur, uter sit emissarius, expiabitque Sanctum, & Sanctum sanctorum eo ritu, quem dixi. Levit. 16.
- Tabernaculorum.** Decimo quinto die mensis septimi, celebrabitis festum Tabernaculorum per septem dies, tuncque 1. habitabitis in Tabernaculis. 2. Accipietis fructus citri, spatalas palmarum, ramos myrti, & salicium, & saltabitis lætabundis coram Domino. Levit. 23. 24. 3. Offeretis per singulos dies victimas præscriptas. Num. 29. 12.
- Cæsus.** Dies octava erit festum cæsus, & collectæ. Levit. 23. 36.
- Calendæ.** Primo die ejusque mensis, offeretis in holocaustum vitulos duos, arietem unum, agnos septem, cum suis libaminibus. Num. 29. 11.
- Sabbatum.** Septimo die septimanæ, erit solemnitas sabbathi: in eo non facietis opus, nec ignem accendetis. Exodi 35. 3.
- 4. Tanquam præter sacrificium iuge, offeretis duos agnos in holocaustum, cum suis libaminibus. Num. 29. 9.
- Septimus annus.** Anno septimo, qui est libertatis, & remissionis, 1. non feres, non metes, non putabis, non vindemias. 1. Remittes fratri tuo, puta Judæo, omnia, quæ tibi debet. 3. Servos Hebræos liberos dimittes. 4. Leges Deuteronomium. Hæc omnia patent Deut. 1. 2. & seq. & cap. 3. 10. & Exodi 23. 11. & c. 21. 2.
- Jubilæum. 1.** Anno septies septimo, id est, 49. mense septimo proclamabis sequentem annum quinquagesimum, fore jubilæum. Levit. 25. 8. & seq.
- 2. In jubileo, primò non feres, nec metes. Secundo, remittes Judæo omnia debita. Tertio, servos manumittes. Quarto omnes redibunt ad avitas hæreditates gratis, & sine pretio. Ibidem.

XXIV. Cæremonia circa homicidia.

- 1. Si inventum sit cadaver occisi in agro, seniores urbis vicinæ adducent vitulum ad vallem asperam, ibique eam mactabunt, ac super eam lavabunt manus suas, & dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt: propius esto populo tuo Israel. Deut. 21. 1.
- 2. Homicidia casualia sit in urbe refugii, usque ad mortem Pontificis. Num. 35. 29.

Præcepta Judicialia videantur Titulo de Legibus.

Præcepta Moralitæ quærantur eodem Titulo.

Mistæ, sive compositæ Leges, ac imprimis morales, ac cæremoniales simul.

- 1. Memento, ut diem sabbathi sanctifices. Exod. 20. 8.
- 2. Cave in matrimonio, & copula carnali gradus conjugantitatis, & affinitatis, tum jure natura, tum lege divini cæremoniales viticos. Levit. 18. quos recensui in sexto præcepto decalogi.
- 3. Omne, quod Domino consecratur voto *cherem*, id est, anathematis, redimi non poterit, sed morte morietur. Levit. 27. 28. & 29.
- 4. Decimas, & primitias animalium, & frugum offer Domino Levit. 27. 30. & 32.
- 5. Ferias Domini celebrabis. Levit. 23. 4.
- 6. Erunt præcepta Dei in corde tuo: ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque, & movebuntur inter oculos tuos, sicut besque ea in limine, & in ostiis domus tuæ. Deut. 6. 5.
- 7. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas. Deut. 12. 32.
- 8. Ascendes ad templum ter in anno. Deut. 16. 16.
- 9. Consecra sacerdotem, & Pontificem. Exod. 29.
- 10. Offer Domino sacrificia, & victimas quaslibet. Num. 1. & sequent.

Secundæ leges mistæ sunt morales, & judiciales simul.

Pete ex loco de Legibus.

Tertiæ Mosis leges mistæ sunt cæremoniales, & judiciales simul.

- 1. Qui non fecerit phasem statò tempore, exterminabitur de populo suo. Num. 9. 13.
- 2. Septem diebus (phasem) non invenietur fermentum in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cætu Israel. Exodi 12. 19.
- 3. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem, & sanguinem, lepram & lepram, causam, & causam, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, &c. venies ad sacerdotem, & ad iudicem, faciesque quodcumque dixerit tibi, &c.
- 4. Qui autem superberit, nolens obedire sacerdotis imperio, & decreto iudicis, morietur. Deut. 17. 8.
- 5. Idumæi, & Egyptii non jurabunt in Ecclesiam Domini, usque ad tertiam generationem, nec manent usque ad decimam: nec Ammonites, & Moabites usque in æternum: quia noluerunt contra te occurrere cum pane, & aqua: & quia condixerunt vobis te Balaam, non facias cum eis pacem, nec quætas eis bona. Deut. 23. 1. & seq.
- 6. Si inveneris nidum, non capies matrem cum pullis: sed capies pullos, & matrem avolare lines. Deut. 22. 6.
- 7. Si maritus zelotypus uxorem habeat suspectam de adulterio, adducet eam ad sacerdotem, qui dabit bibere aquas maledictionis, quas cum biberit, si rea sit, intumescet & rumpetur fionem. Ritu hunc, cum sacrificio, descripsi Num. 5.
- 8. Terra non vendetur in perpetuum, sed pro rata annorum, qui superstit usque ad jubileum: quia mea est, & vos advena, & coloni mei estis. Num. 25. 23. vide ibi dicta.

Quartæ leges Mosis mistæ sunt, morales, & cæremoniales, & judiciales simul.

- 1. Qui concubuerit cum muliere in fluxu ejus menstruo, interficiunturambo. Levit. 20. 18.
- 2. Filia sacerdotis si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, flammis exuretur. Levit. 21. 9.
- 3. Qui polluerit babbathum, id est, opus fecerit in eo, morte morietur. Exodi 31. 14.
- 4. Levitæ ex decimis suis dabunt decimas sacerdotibus, casque meliores, & pinguiores, ne polluant oblationem filiorum Israel, & ne moriantur. Num. 18. 23.
- 5. Pater filiz, maritus uxoris vota irritare potest primo die, quo ea scivit, non secundo. Num. 30.
- 6. Leprosus solus habitat extra castra. Levit. 13. 46.
- 7. Jumentum tuum non facies congregari cum alterius generis animantibus. Levit. 19. 19.
- 8. Crocodilum, murem, talpam, mustelam, lacertam non comedes. Levit. 11. 29.
- 9. Denique huc pertinent leges mortis lætæ in incestuosos, qui cum nepte, nuru, matertera, &c. fornicantur. Levit. 20. 19. hæc enim leges partim naturales sunt, partim cæremoniales, partim judiciales.

CÆREMONIÆ CHRISTIANORUM, Ac primùm desumptæ ex auctoritate

S. SCRIPTURÆ.

Ab Exemplo Christi, & Sanctorum.

Christus Dei Filius, verbum, & Sapientia Patris æterni, Cæremonium piunt, ac necessarium usum exemplo suo non solum commendavit, cuius proinde exemplo, eisdem, ubi res postulat, religiosè etiam adhibemus, & observare præcipimus. Siquidem Christus laudavit devotionem Mariæ Magdalenz, quam exhibuit lavando pedes suos, & lachrymis rigatos abstergendo. Immo Simonem Phariseum increpat, quod simile obsequium ei non exhibuisset. Lucæ 7.

In domo Simonis Leprosi mulierem defendit, quæ unguentum pretiosum effuderat super caput ipsius recumbens: dicens, Bonum opus operata est in me, ubicumque prædicabitur Evangelium hoc, dicetur, quod & hæc fecit in memoriam ejus. Matth. 26.

Commendatur in factis Litteris cultus, quem Magi illi ab Oriente venientes Christo puero exhibuerunt, prociendo, adorando, thesauros aperiendo, munera offerendo. Matth. 2.

Christus ipse vix aliquod illustre miraculum paravit, nisi & cæremonia quasdam adhiberet. Sic mutum, & surdum curaturus, expuens tetigit linguam ejus, & posuit digitos in auricularum ejus, dicens: Ephepheta, quod est adaperire. Marc. 7.

Ita etiam luto ex spuro confecto illivit oculos cæci nati, & visum recepit. Joan.

Nunquam cibum sumpsit, quin cum benedixit, idque certo ritu. Laudatur Chananæa hamorrhœissa, quod sanitatem petitura animi sui fiduciam ostenderit externo illo symbolo, dicens intra se: Si retigero tantum fibrarium vestimenti ejus, salva ero.

Quin sacram Eucharistiz cœnam instituitur Dominus, primum accepto linteo præcingit se, missæque in pelvium aqua lavit discipulorum pedes. Mox acceptum in manibus panem, sublati in cœlum oculos, benedixit, ac fregit, deditque eis: H dicens, Accipite, & comedite, &c.

Diebus quatuor antequam Eucharisticam cœnam institueret, Apostoli, & Hebræorum ingens multitudo, in Hierosolymam venientes obviam venerunt, stementes vestimenta sua ante ipsum in via, & super asino, cui insidebat, ramoque de arboribus præcedentes, projecterunt per viam: manseruntque manibus tenentes, clamabant: Osanna filio David, &c. Quam Evangelistæ fati testantur, dum ita omnes in particulari circumstantiis illius enumerant, & ad imitandum provocant.

Itaque Ecclesiam à Spiritu S. doctâ, semper cæremonium externarum officia, cum in Sacramento rum administratione, tum in aliis Ecclesiasticis officis, templorum, & altarium ornatu, adhibuit: cœu adimicula devotionis, & pietatis incantamenta, quibus fides nostra exercetur, & corroboratur. Cæremonium verò sacrarum usum perantiquum, & Apostoli cum.

Quære vis. de Bapstimo, Confirmatione, Eucharistia, A Sacrificio Missæ, & aliis plerisque locis, puta, de Benedictionibus, Consecratione, Templis, &c.

EXEMPLA, ET

Effectus varii Cæremoniarum, quibus præ utitur Ecclesia Catholica in Domini officiis, aliisque ministeriis.

Alexander M. Cæremonialia reveretur.

Postquam Jaddus Judæorum Pontifex audivit, Alexandrum Magnum Gaza expugnata, Hierosolymam properare petiisse, sollicitus hæretæ impugnat, nec inveniens quomodo deberet regem excipere, iratum eò quòd antea neglexisset imperatorem eius facere. Ergo iudicis populo supplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem eius confugit, illi publicam salutem commendans. Proxima deinde post sacrificium nocte, in formis ei Deus apparuit, jubens ut bono esset animo, & coronata urbe portas aperiret: utque populus in albis vestibus prodiret obviam, ipse verò cum reliquis sacerdotibus solemnem cultu sui ordinis, securi de Dei providentia. Exspectatus autem ei somno latus civibus horroculum indicat, & paratis omnibus, ut in formis prænotatis fuerat, regis adventum præsolabatur: & cum renuntiavit esset, eum jam non procul ab urbe abesse, progressus est, cum sacerdotibus, & urbana multitudo, pompa quadam nova, & venerabili, usque ad locum, qui dicitur Sapha, quæ vox speculum significat: quòd ibi & urbs, & templum in prospectum sit. Et cum Phœnices, & Chaldæi sperarent sibi licere quicquid iratus rex posset permittere, directionem scilicet urbis, & pontificis exquisitum supplicium, plane contrarium evenit. Alexander enim, ut vidit è longinquo candidatum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu bysso, pontificemque in stola hyacinthina, tiamam in capite gestantem, cum præfixa aurea lamina insculpta Dei nomine: solus ad eum accedens nomen illud adoravit, & salutavit Pontificem. Judæis autem omnibus uno ore consalutantibus Alexandrum, & in orbem cingentibus, Syriæ reges, & reliqui obstupuerunt, vix credentes regem mentis compositum: solus Parmenio propius accedens rogavit familiariter, quid ita, cum ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Judæorum pontificem. At ille non hunc se adorasse respondit, sed C. Deo, cujus pontifex esset, honorem eum exhibuisse. Hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in Dio Macedonia, qui me deliberantem, quomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum trahere: nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Quapropter quia nunc primum talem habitum vidi, agnoscens hunc, & vitiosus memor, quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere, & brevi fore victorie comitem: & sublato Persarum imperio, celsura mihi omnia ex animi sententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificem, deducendum sacerdotibus in urbem pervenit: & ascendens in templum, solus honorem exhibuit. J. J. lib. 11. Antiquit. Judæis, capite 16. Zonaras tom. 1. Annal.

Externos ad devotionem trahunt.

Cum Julianus Imperator hoc unum maxime ageret, ut omnes imperio Romano subditi Græcæ complecterentur superstitionem, permolestum ei fuit, quòd religionem suam à Christianissimo gloria longè superari videret. Tempora quidem, sacrificia, & patriæ Græcorum solemnitates, festique dies per urbes ex sententia ei ferè procedebant. Illa verò maxime sollicitudine agebatur, quomodo in posterum quoque cultum talem stabiliret: quòd metueret, si is præsidio suo destitueretur, ne brevi rerum mutatione collaberetur. In primis sanè quasi lethale vulnus ei hoc infixit, quod multorum sacrificulorum conjuges, & liberos, & ministros Christianos esse videret: & quòd secum ipse considerat, religionem nostram in sanctitate vitæ morumque integritate eorum, qui eam complectuntur, consistere: omnem modum funem, ut Græcorum mores ad instituta nostra accommodaret. Itaque in idolorum templis fieri curavit subsellia, & primarios suggestus: instituit lectiones, & doctrinas, quæ tamen Græcis dogmatibus inniterentur: præterea sacerdotes, & ledores more nostro, item certas cæterarum horarum, & dierum preces. Scholæ etiam, & phron-

tisteria virorum, & mulierum philosophiæ ethnicæ addita, peregrinorumque & egenorum construxit domicilia, atque aliam insuper ostendit humanitatem, ut Græcorum sacra talibus rebus admirationem consequerentur majorem. Delictorum quoque, quæ vel à prudentibus sunt, ex consuetudine nostra penitentia interveniente, congruentem constituit excoercitiones. Greg. Nazianz. Orat. 1. in Julian. N. ceph. Ecclesiast. 1. 10. capite 21.

Valenti Imperatori stuporem incutiant.

Cum Epiphanius festus dies adesset, Valens Imperator cum universo, quem secum habebat, comitatu, inanique, & splendida pompa in Ecclesiam venit, & munus suum ad sacram mensam attulit: atque ibi, quod omnia miro ordine gererentur, ad stuporem delapsus, & totus mutatus in solum concidisset, nisi quidam ex primoribus tunica correpta Imperatorem jam rucnem retinuisse. Ubi verò sermonem quoque cum viro contulit, magis etiam sapientiam, sacrisque obeundis, & concionibus, atque convitiis peragendis miratus est, nec non ordinem rerum omnium pulcherrimum dixerat est. N. ceph. Callist. 1. 1. biff. Eccl. c. 18. apud Baron. tom. 4. an. 370. 46.

Cæremonia varia in baptisinate Clodovei Regis Francorum ab Ecclesia observata.

Cum Clodoveus satis superque instructus à B. Remigio jam baptizandus esset, via, quæ ad baptisterium à domo regia eundem erat, velis, ac cortinis depictis ex utraque parte protenditur, desuper adumbratur, plateæ stanturunt, Ecclesiæ componitur baptisterium, balsamo, & cæteris odoramentis conspergitur: taleque gratiam Dominus subministrabat in populo, ut æstimarent se paradisi odoris refoveri. Sicque præcedentibus sacrosanctis Evangelis, & crucibus, cum hymnis, & canticis spiritualibus, atque Litanis, Sanctorumque nominibus acclamatis, sanctus Pontifex manum tenens Regis, à domo regis pergit ad baptisterium, subsequente regina, & populo. Dum autem simul pergerent, Rex interrogavit Episcopum, dicens: Patrone, est hoc regnum Dei, quòd mihi promittis? Cui Episcopus: Non est hoc, inquit, illud regnum, sed initium viæ, per quam venitur ad illud. Cum verò pervenissent ad baptisterium, clericus, qui chrisma deferbat, à populo est interceptus, ut ad fontem venire nequiverit. Sanctificatus autem fonte, nutu divino chrisma desuit. Et quia prope populi pressuram ulli non patebat Ecclesiæ ingressus, vel egressus, sanctus Pontifex oculis, ac manibus protensis in cælum cepit tacite orare cum lacrymis. Et ecce subito columba nive candidior attulit in rostro ampullulam, chrisma sancto repletam, cujus odore mirifico super omnes odorates, quos ante in baptisterio fenserant, omnes qui aderant, inestimabili odore repleti sunt. Accipiente autem sancto Pontifice ipsam ampullam species columba disparuit. De quo chrismae iudic venerandus Episcopus in fontem sacratum. Hincmarus Episc. in vita S. Eligii apud Surium.

Cæremonias ab Angelo edocetur S. Lyduina.

Solebat S. Lyduina Virgo admiranda, die cinerum, pro sancta Ecclesiæ more, ac instituto cineres & sacerdotis manu suscipere, sed si tardaret sacerdos, Angelus ejus explebat vices. Cum itaque aliquando confestarius ejus Joannes V. Valterii ad eam venisset, rogatus, num cinere sancto consignari vellet, respondit illa, ab Angelo sancto id jam factum esse. Stupente illo, quid sibi istud vellet. Lyduina dixit, ut manu tangeret caput ipsius. Fecit ille, & cineres sensit, iidemque etiam frontem ipsius communiuit. Docuerat eam Angelus reverenter sacrosillos cineres à sacerdote percipere, alioque, ut iidem fecerent, adhortari. Joan. Brogman. in vita ejus, p. 1. cap. 8. apud Sur. 24. April. 10. 2.

CÆREMONIARUM IRRISORES PUNIUNTUR.

Refert Berodemb. 7. coll. sac. c. 56. Quòd, cum Pharellus, & Viretus primum Genævæ secretò concionarentur, & Catholico ritu, in solemnem quodam festo Virginis Deiparæ, Processionem SS. reliquiarum deportatione institueretur, & Matrone quedam primaria & Deiparæ, & sacerdotes irrisset, posthinc enixa sit puerum mortuum: quo viro apertè finitram suam machinationem confessa sit, nimirum se jam antea decrevisse, non permittere prolem suam à quoquam sacerdote baptizari. Subjungit cap. 57. de duobus Geneva Laufannam cunctibus, cumque

cumque tempestas gravis ingrueret cum tonitru, & fulgure, atque alter illorum se signaculo S. Crucis antiquissimo Christianorum ritu munit, alter cum irridens, siccano, inquit, vis miferæ à naso tuo abigere (nam hujusmodi factis omnia facra ludificantur) & ecce protinus denuo cælum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus moritur, altero isto cruce signato incolam manente, qui mox rem gestam per totam Genævam divulgavit.

Addit c. 48. quod cum Clerici Societ. Jesu à Collegio suo receter Antuerpiæ erecto, factiosorum hominum opera, eiectione, urbeque excedere jussi essent, atque jam Collegii domus vacua esset, ac desolata; Quidam Calvinisticæ factionis sectator in eam se proripuit, & colligati straminis fasciculum (qui ædibus pestis contagio infectis appendi consuevit) è fenestra suspendit in derisum, & contumeliam egestorum Religiosorum: moxque alius quidam ejusdem factionis ostium pulsavit, alter verò, qui fasciculum suspenderat, inquit, hic pulsat, videlicet insigne pestilentia? universi hic peste sunt sublati. Eodem die pestis domum illius irrisor invasit, cum tamen nulla, circumquaque esset pestis contagio. Et cum circa idem tempus Antuerpiæ in platea cochlearia vulgò appellata, plebsque regem novarum studiosi convulsio, diemque festum agent, ob religiosos Soc. Jesu urbe submotos, & ad penam bene elixam in medium plateæ adferentes lati epularentur, ac deinde ad choras, & tripudia sese dederent, ecce paulò post istius plateæ habitatores tam seva invasit pestis, ut circiter 40. ea lue statim extinguerentur, inter quos & capitanei, & præcipui incolæ istius loci fuerunt. Idem quoque paucos ante menses, Catholicos scommatibus, & dideris devexerat, cum juxta antiquissimum totius Ecclesiæ ritum, in diebus Rogationum ab æde sacra D. Michaelis ad Basilicam Deiparæ Virginis, sacras Litanias solemniter, & religiose peragerent, utriusque facinoris impetante una ultione Deus vindicavit, ut qui antea dissimulando se mitem, & longanimum offenderat, nunc vindicando se Deum ultionis declararet.

In uli. c. libri aut. Anno 1478. Sylvdvicius Brabantie contigit, ut quidam novorum dogmatum Præco, in Ecclesia parochiali D. Petri concionaretur, qui cum inter cætera, elevationem SS. Eucharistia miris echinnis, & contumelias exigaret, aliaque Catholice Ecclesiæ cæremonias, essent verborum petulantia, profcinderet, mox in ipso suggestu; inter ipsa profana sermocinationis ludibria, divinitus morbo corripitur, animamque non multo post exhalat, & clam à suis sepelitur.

Prope Delphos contigit Pueros quosdam in pagis baptizari, sed spreus, & ommissa à baptizante cæremonia Catholica Ecclesiæ, Pueri isti postea omnes morbo correpti sunt, parentes puerorum, videntes ultionem divinam, rogant pastorem quemdam Catholicum Delphis tunc agentem, ut cæremonias, quas sciebant, antiquitus ritu Catholico adhibitas, nunc verò omittas, supplerere non gravaretur, quo peracto, mox omnes illi pueri languentes, & infirmi convalescerunt. Idem c. 48.

Anno 1581. In die Corporis Christi venit Erphordiam Elsa Blaffen cum marito, infante, matre, ancilla, & aliis, circa 7. horam, & 8. in templo Severi audit concionantem Doctorem Vitum Miletum de Venerabili Sacramento, & finita concione incepit audire sacrum Pastoris (ejusdem Ecclesiæ) Michaelis Hertzgi. Sed consistens prope altare S. D. Michaelis, cum infante magno impetu corruit in terram inspestante, & presente etiam Georgio Oland Vice domino, infantem illum præsentem sustulerunt. Mater verò muta, & omnis sensus experta elata est extemplo, eique ubertim efflavit sanguis ex ore, & artibus, Mater, & ancilla asseverabant, blasphemiam erupisse, accedendum mihi propius, ut viderem hujus facti præstigia. Viderant & alii ipsam in templo obrutentem, & non solum sacrificia, sed & concionem irridere. Cum verò ad se blasphemæ hæc mulier fuisset reverthordiensis quosdam post aliquot dies docuerunt, ipsam agrè pristinae sanitati restitui posse. Matth. Tympius lib. de vindicta divina.

Accidit miserrima clades eo tempore, quò Ecclesia Catholica juxta Calendarium vetus diem cinerum celebravit, quove die, incolæ Baccho, & comotationibus dediti, in Catholicorum despectum ridiculè orbiculos ex rapis, & pomis excisos instar sacerdotum sacrificabant. Ich. Vermeis es quer. B. L. Theat. vit. Human. Tom. 11.

den Nettigsebniz gervosenstein, dantes ben dienfen Bollgar branuechlich tu morgensfruech in Nstzig und Ruobloch tu to-lasoz) quod ita Latine redditur: puto esse orbiculares partes radicum: nam hoc genus hominum sumit mane jentaculi vice cepas. Sunt porro hi subditi Bernarum, & plerique Hugonotæ. Pægus uterque fuit supra lacum Lemannum ad Rhodanum situs, in valle satis ampla, omni ex parte circumdata Alpibus, vini & feni feracissima, in eadem ad radices Alpiam exurgunt colles, altiores turri Ingolstadiana, retro quos prædicti pagi magno à se intervallo distantes possit fuerunt: Itaque cum personati hinc inde discurrerent, & summo mane vino maderent, ecce de repente ob tertæ motum montes juxta positi vacillare cœperunt, sensimque terram deiscere; at illi propter collem interpositum securè in eadem levitate permanentes tempestatem contempserunt. Verum extrema gaudii luctus præoccupavit. Nam concussione facta, mons per medium divisus, ingenti fragore decidens prius, utrumque pagum congerie terræ, & lapidum contexit, quam fugere miserii possent. Quotquot igitur fuere in pago cum jumentis, & animalibus sepulti sunt. Duo autem evenerunt, quæ miraculi loco habenda sunt. Unum, quòd ex incolis quidam vir confectæ ætatis, fugientes filios revocans, & ad orationem exhortans, servatus fuerit sine ulla læsione, nec domus illius coeperta, licet reliquorum in eodem pago adeo obruta fuerint: alterum, quòd terra decidens ex altissimo monte, in ea valle, quæ retro montem est, non remanserit, sed ex illa per montem resiliens, pagum remotiorem repleverit, & quidem ita afflavit, ut ne lapillus quidem sit, qui inordinatè terram in congerie excedat, in hoc postremo pago, quatuor domos, quas terra non cooperuit, flamma ex terræ congerie egressa exulsi: scaturiunt fontes ex eadem instar sanguinis, quos duo viri prudentes eo profecti diligenter considerant. Numerus hominum oppresorum major est, quam ipsi fateantur, ajunt enim dumtaxat 122. interiisse, & jumentis 804. domus numerantur 96. horrea 126. molendina 8. jugera vinearum 62. pratorum 212. agrorum prope pagum 66. vini denique dolia 318. Ex literis datis Friburgo, 7. Jun. an. 1534.

An. 1602. in Bacchanalibus 22. Febr. in Hollandia in civitate Edam, triginta milites, qui brevi venerant Ostenda, impiè irriserunt cæremonias Ecclesiæ Catholice, industria enim super cætera vestimenta induerunt, ut iriderent vestimenta clericorum. Unus ipsorum induit casulam, & locum editiorum descendit, in raanu formam ciborii, ac figuram SS. Sacramenti gestavit, alius uram plenam aquæ scopis portavit; hinc omnes saltantes, & camillantes, frequenterque repetentes, Dominus vobiscum: intrarunt in templum: casula amittens cæteros præcessit. Demum unus ex ipsis vestit sacerdotali ornavit alligatum arbori, bombardis papyro oneratis petierunt, quali mortuum sepeliverunt, ex sepulchro iterum extractum in templum deduxerunt, ubi conules ipsi quatuor cupas cerevisiæ loco honorarii dederunt, quas cum consiliis evacuarunt. Postridie unum ipsorum instar Episcopi vestierunt, mitra exornarunt, conspiciunt naso ejus impositurunt, & magnum cereum ei in manus dederunt, ridentes ipsum quasi nihil videret, nihilque intelligeret. Ad quæ ipse respondit, quorsum mihi cereus, & conspiciunt cum videre nolim? Tacito multa alia, quibus Religiosum Catholicam populo ridendam propinarunt. Cum eisdem nequitis ipso die S. Matthiæ (24. Febr.) Dom. 1. Quadrag. repetere conarentur, mane post 4. fulmen incidit in prædictum templum, & simul cacodæmon in forma serpentis habentis caudam instar comete, qua in orbem complectebatur universam turrim templi, evomebat ex faucibus magnos globos flammarum, quibus incensa sunt quatuor domus templo vicinæ, identidem etiam vociferabatur, Dominus vobiscum, & prædicta ludibria blasphemorum militum repetebat, turris totò incendio conflagravit cum templo, & 60. ædibus vicinis, unica domus mansit illæsa, illa nimirum quam olim inhabitavit Pastor ejusdem Ecclesiæ, & jam inhabitant ejusdem cognati pii Catholici. Nisi civis Hornefens, & Munikendamenses Edamensis succurrissent, tota civitas cum incolis perierit. Quam vindictam irrogatam esse hujus tragediæ auctoribus exillimabimus! Ex biff. impressa Bruxelles. Matth. Tympius de vindicta divina.